Alexandrum Garczynski Vexilliferum Pomeraniae Sui Recognoscentis parentem, de summa Decem Millium Florenorum Polonicalium, Sibi Recognoscenti pereundem parentem suum, in iam dotis et expeditionis Actis Castrensibus Capitalibus Belzensibus inscriptis, Nec non de eadem ipsa Inscriptione Dotalitiali Castrensi Capitali Belzensi ob plenariam et sufficientem Sibi Recognitionem dotis et expeditionis praefatae praestitam per solutionem quietat emittit dimittit liberumque absolutum perpetuo facit et pronuntiat, Inscriptionem eandem Dotalitialem in toto et per omnia cassat, Sibi suisque poenitentiae praemissorum omnium et singulorum perpetuum imponendo silentium, praesenti sua Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Abrenuntiat eadem 566

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premyslien. Generosa Sophia de Garczyn Generosi Alexandri Garczynski Vexilliferi Pomeraniae, cum olim Generosa Anna Marchocka consorte eius ultima procreata filia Generosi vero Andreae Casimiri Rzeczycki Thesaurarii Podlachiae consors legitima, cum eiusque Mariti sui Vto Tutoris coniugalis personale assistentia et Ultroneo adinfrascripta Recognoscenda consensu, sanamente et corpore, extra a Penis Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens, praesenti vero Castrensi Capitali Premyslien. Iurisdictioni quae ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis

ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporandis atq subijciendis palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia sibi Recognoscenti de bonis paternis et maternis se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis legitime concernens per manus supraseri Gnosi Parentis sui totaliter et plenarie satisfactum est ob quam satisfactionem dotisq et expeditionis plenariam persolutionem bonis eisdem paternis et maternis abdicat abrenuntiat et resignat. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia Mediante

Garczynski Rzeczyckiemu cedit

566 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premyslien. Gnosus Alexander Garczynski Vexillifer Pomeraniae Capitaneus Rzeczycen. sanus mente et corpore Exnis a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedens praesenti vero Castrensi Capitali Premyslien. Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie quoad Actum hunc attinet incorporando atq subijciendis palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse in hoc modo literis consensus Sacrae Regiae Mtis sibi Recognoscenti ad infrascripta recognoscenda gratiose collatis manu eius Sacrae Regiae Maiestatis propria subscriptis et sigillo Maioris Cancellariae Regni communitis officio praesenti Castrensi Capitali Premyslien. reproductis de serie verborum tali. Michael Dei Gratia Rex

Poloniae